



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 89. Et ait illis: Quid dormitis? v. 46.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

sicut pro me ita pro omnibus, Regibus, principibus Christianis, & superioribus quibuscumque, imprimis Ecclesiasticis, sacerdotibus, Prelatis & Clericis, ut digneris eos ita excitare, ut nunquam patientur, ita se somno obtui in tempore orationis, ut tui obliviscantur, sed semper vigilent conuersi in operibus mandatorum tuorum, ad proximi salutem, & laudem, & gloriam tui majorem.

§. 89. Et ait illi: Quid dormitus? v. 46.

O Admirabilis hic Christi mansuetudo, verè Christus Rex est simili Regi Apum, sine aculeo, verè Agnus, verè mitis & humilis erode: Ecce enim quam blande castigat discipulos dormientes & præmonitos, nedormirent, sed tecum orarent & exspectarent vigilantes Adventum proditoris. Nam reversus ab oratione, dicit tantum ad eos, quid dormis? Ego hic somni nomine omnem voluptatem Corporis postum intelligere, quod admodum enim somno sternitur Corpus, anima sopitum, usus rationis supprimitur, ita & illecebræ voluptatum eadem nobis damnatur, & tanto maiora, quanto peior est animæ mors æterna, quam brevis imago mortis Corporeæ. Quare hortatur Apostolus, Nos de somno surgere, & fuit in die honestè ambulare, non in commissationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis torpere. Medium autem ad temperantiam proposuit orationem. Vnde & aptè dixit quod sequitur; Surgite, orate, ne intretis in tentationem, quippe cum nemo possit esse continens, nisi Deus deret, & cum animus voluptatis cupidibus, non aliter & melius possit à noxia voluptate avocari, quam si alia nobiliora voluptas ei proponatur, & caro infirma tum robusta acquirat, cum spiritus ratione roboretur, bene, imo optimè, id per confectionem ad nobiliora exercitia & orationem confici censemus.

**D**omine Deus meus, scio diabolum circuire & querere, ut me devorare possit, capere, decipere; quid imbecillis homuncio faciam? nisi tu auxilio tuo mihi succurreris & excitaveris dormitantem! Videor namque semper dormire in omnibus actionibus meis: Tu igitur adjutor esto, Tu auxilium; Tu robur, antequam incautus capiar ab eo, antequam liger vinculis peccatorum; antequam me penitus abducatur, ut sopitus abnegem Te, prodam Te, peccata peccatis addendo, sed semper tecum vigilans superem me, amem te, sequar te, sine ulla mentis vel corporis contradictione.

§. 90. Surgite. v. 46.

Cum discipulis pergentibus nihilominus dormire modico tempore assistisset, Dominus, quasi pastore excubans super gregem suum, adveniensque